Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



runt cum defiliabus eorum filii
suis mulieres et commiscuerunt semen
sanctum cum populis terrarum. Manus
eum principum et magistratum fuit in
transgressione hac prima. Cumque
audissem sermonem istum scidi pal
lium meum et tunicam et evulsi capil
los capitis mei et barbe et sedi mestus
Convenerunt autem ad me omnes qui ti
mebant verbum domini dei israel super
gressione eorum qui de captivitate re
venerant et ego sedebam tristis usque ad
sacrificium vespertinum et in sacrificio
vespertino surrexi de afflictione mea
et scisso pallio meo et tunica eruvam
genua mea et expandi manus meas
ad dominum deum meum et dixi. do
mine deus meus confundor et erubes
co levare faciem meam ad te quoniam
iniquitates mee multiplicate sunt super
caput meum et delicta mea creverunt
usque in celum a diebus patrum nos
trorum sed et nos ipsi peccavimus sicut
usque ad diem hanc et in iniquitatibus
meis traditi sumus ipsi et reges nostri
et sacerdotes nostri in manibus regum
terrarum et in gladium et in captivita
tem et in rapinam et in confusionem vul
tus sicut et in die hac et nunc quasi ad
patrum et moniretur facta est depreca
tio nostra apud dominum dominum nostrum ut di
mittatur nobis reliquie et daretur
pax illius in loco sancto eius et illu
minaret oculos nostros deus noster et
daret nobis vitam modicam inser
vitutem nostram. quia servi sumus et
servitute nostra non derelinquit nos
deus noster et inclinavit super nos misericordiam
suam coram regibus persarum ut daret
nobis vitam et sublimaret domum
domini dei nostri et exstrueret solitudines
dimes et daret nobis speciem in iu
dea et in israel nunc quid dicemus de
inde post hoc quia derelinquimus man
data tua que precepisti in manu ser
vorum tuorum prophetarum dicens terra
ad quam nos ingredimini ut possi
deatis eam terra immunda est iniquitate
munditiam populorum terrarum et tra
bo munitiones eorum qui replevi
erant a ore usque ad os in coniugium cum
filia. Nunc ergo filias vestras ne detis
filiis eorum et filias eorum ne accipia
tis filiis vestris et non quaratis pacem eorum
et prosperitatem eorum usque in finem
ut confortemini et comedatis quae bona
sunt terre et hereditetis filios vestros
usque in sempiternum et post omnia que
venerunt super nos in operibus nostris pes
simis et in delicto nostro magno quia tu
es deus noster liberasti nos ab iniquitate
nostra et dedisti nobis salutem sicut est
hodie ut non convertamur et irrita fa
ceremus mandata tua neque mat
rimonia ungeremus cum populis abominationum
istarum. Numquid iratus es
nobis usque ad consumationem ne dimit
teres nobis reliquias et salutem. Do
mine deus israel iustus es tu. quoniam
delicti sumus qui salvaremur sicut
die hac Ecce coram te sumus qui
salvaremur in delicto nostro non enim
stari est coram te super hoc.

X

Sic ergo orante esdra et ex
plorante deum. eo quod flen
te et iacente ante templum
dei. collectus est ad eum de israel con
gregatio multa nimis de viris mulieribus et